

Incipit prologus sancti Hierony-
mi cardinalis presbyteri in libros Vi-
taspatrum sanctorum Egyptiorum: etiam eo-
rum qui in Scythia Thebaida atque
Mesopotamia morati sunt: non solum
quos oculus vidit: maximoque labore
conspexit: verum et quod plurimum a fide dignis
relata conscripsit notabili diligentia.
Denique aliorum etiam authenticorum libel-
los fideliter e greco in latinum translu-
lit: et ab alijs translata pro sui perfec-
tione huic operi inseruit.



Bene-
di-
tus deus qui
vult omnes
homines sal-
uos fieri: et
ad agnitio-
nem verita-
tis venire: qui
etiam nostrum

iter direxerat ad egyptum. Et ostendi-
dit nobis mirabilia magna ad posterita-
tis memoriam profutura: ex quibus
non solum nobis causa salutis ostenderetur
verum et historia salutaris: atque ad doctri-
nam pietatis aptissima conderetur
que virtutis iter agere volentibus ge-
storum precedentium fide amplissimum
traheret pendat. Quamvis ad tantarum
rerum narrationem minus idoneus sum:
nec dignum videatur ingentium rerum eri-
guos ac paruos fieri auctores: pre-
celsasque virtutes humiliter narare sermo-
ne: tamen quoniam fratrum charitas: eorum
qui in morte sancto oluerunt comanent:
hoc a nobis frequenter exposcit: ut egyptio-
rum monachorum vitam: virtutesque
animi: et cultum pietatis: atque absti-
nentie robur: quod in eis coram vidi-
mus: explicemus precibus ipsorum qui
hoc imperat adiuvandum me credens
aggrediar. non tam ex stilo laudem re-

quirens quam ex narratione rerum edifica-
tiones futuram legentibus sperans:
dum gestorum unusquisque inflamatus
exemplis: horrescere quidem seculi ille-
cebras: sectari non quietem: et ad pie-
tatis invitatur exercitia. Vidi ergo et
vere vidi thesaurum christi in humanis
absconditum vasculis: quodque thesaurum
reperitum notum tanquam invidus occul-
tare: sed quasi pro multis inuentum pro-
ferre in medium: et facere communem: certus
quod quanto plures ex eo fuerint ditati
tanto mihi amplius acquireretur. Ego
enim locupletior fiam cum aliorum salus
ministerii mei fuerit quesita mercimo-
nio. In principio ergo narratio-
nis nostre adesse nobis precamur gra-
tiam domini nostri Iesu christi: cuius virtu-
te omnia hec pietatis exercitia apud
egypti monachos habentur. Vidi-
mus enim apud eos multos patres ce-
lestis vite in terra positos agentes. et
novos quosdam prophetas tam virtuti-
bus animi quam vaticinandi officio susci-
tatos: quibus ad testimonium merito-
rum nec signorum quidem ac prodigio-
rum deerat efficacia. Et merito. Cur
enim qui nihil terrenum: nihil carnale cu-
piunt: non accipiant celestem potesta-
tem? Homines namque eorum ita ab om-
ni malitia et cogitatione et suspitione
vidimus alienos. ut nec si aliquid mali
adhuc gereret in seculo meminissent.
Tanta in eis erat tranquillitas ani-
mi. tantumque inoleverat eis bonitatis
affectus ut merito de eis dictum sit.
Par multa diligentibus nomen tuum
domine. Comanent autem per verum dis-
persi et sperati cellulis: sed charitate
conecti. Ob hoc autem dirimuntur ha-
bitaculis: ut silentii sui quietem et inten-
tionem mentis divina sectantes: nec
vos aliqua: nec occurfusyllus: aut ser-
mo aliquis ociosus obturbet. Inten-
tis ergo in suo quisque loco animis ve-
lut boni patres christi expectant ad-



Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak
Gray Scale

